Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sicut parturientes; Quid sunt dolores parturientes nisi dolores paeni
tentiae; Vide ipsam conceptionem dolores & parturitionis a timore
tuo Inquid esaias. Concepimus & parturibimus spm salutis: sic ergo
conceperunt reges de timore xpi ut parturiendo salutem parerent
credendo in eum quem timuerunt: Ibi dolores sicut parturientis;
Ubi parturientem audis foetum expecta parturit Vetus homo sed nas
citur novus homo; Ibi dolores sicut parturientis;: Inspu violento
conterens naves tarsis. breviter intellegitur. Euertens superbia
gentium: secunde ex hac historia dicitur euersio superbia gentiu
propter naves tarsis; Tarsis ciuitatem quaesierunt docti. hoc. e quaena
ciuitas hoc nomine significaretur. & aliquibus uisum. e. ciliciam dictam
esse tarsis. ex eo quod metropolis eius tarsus dicitur. de qua ciuitate
& iam erat apostolus paulus natus inquit tarso ciliciae. aliqui autem
cartaginem intellexerant forta sis aliquando ita nominatam
aut aliquo loquutione ita significatam; Nam q: apud prophetam esaiam
sic inuenitur; Ululate naues carthaginis. Apud ezechielum autem;
Adiuersis interpretibus abalis karthago. Abalis tarsis interpretatur:
& hoc diuersitate interpretum positum potest intellegi hanc appellari
tarsus. quae cartago dicebatur;: Manifestum. e. autem quod prima
dia regni carthaginis. Nauibus floruerunt & ita floruerunt ut inter ceteras gentes
excellerent negotiationibus. & nauigationibus. Nam quando
dido fugiens fratrem delapsa. e. ad terra africae ubi carthagine
condidit naues quae paratae erant ad mercationem in eius regio
nem ad sumserat ad fugam. Consentientab: sibi regionis eius principib:
& ipsae naues & iam condita carthagine ad negotiandum non desecer;
Atq: hinc nimium superba facta. e. illa ciuitas ut digne p eius naues intel
legatur superbia gentium presumens in incertas tamquam in flatibus
uentorum: iam non presumatur de uelificatione & quasi prosperitate
saeculi huius tamquam maris; Fundamentum nostrum in sion sit ibi
stabiliri debemus non per flari omni uento doctrinae;: Quicumq:
ergo ex incertis huius uitae tumuerant euertantur & subiciatur
xpo omnis superbia gentium conterenti in spu uiolento; naues tharsis
non cuius cumq: ciuitatis sed tharsis;: Quomodo in spu uiolento
timore fortissimo: sic enim eum tremuit omnis superbia iudicaturu
ut in humilem credere ne excelsum expauescere &; Sicut audiuimus